



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Mentes à Deo auersas reuocandi modus insignis: pœnæ infernales quàm inexplicabiles; vti & gaudia superna ineffabilia. Epist. XXXIII

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Hæc scripsi iustus à venerabili patre nostro nimis occupato: scripsi tamen velocissime prout incidit. Si quid durius audieritis, ignoscite charitati. Si sensero vos inde emolui aut aliquid proficere, scribam vobis alia vice eo lubentius, quo fructuosius. Vale charissime frater.

*Mentes à Deo auersas renocandi modus insignis: pæne infernales quàm inexplicabiles: vii & gaudia superna ineffabilia.*

## Epistola XXXIII.

F. IOANNES IVSTVS LANSPERGIUS, CARTHVS.  
fratri c. adam pusillanimi, & in afflictione, mentisq; fluctuatione constituto, Iesù Christi gratiam reditumque ad ipsum velocem exoptat.

**S**olent imperiti varia plerunque medicamentorum genera morbis apponere, vt si quid hoc minus salutis infirmo contulerit, aliud applicatur. Sic ego medendorum animorum prærudis, cum meas ipse vlcerosas mentis strumas sanare nequeo, in alijs sæpius crebras ac varias medelas applicando, morborum genera discens & causas, eo tutius mihi ipsi subuenturum eodem quo alijs remedio sperem. Noui namque (vt tua pace dixerò) saxum cor tuum ac immobile: vel (vt commodius loquar) concheum, quod quouis ventorum turbine agitatur, atque illuc se vertit, quo aura tempestuosè flatibus propellitur. Sed de hoc potius quàm loquar, tacendum esse duco, ne cum more pruriginis æstuantis (quæ quanto magis scalpitur, æstuat ardentius) animum excitare putem ego tuum, ad iracundiam te trahens odiosam, litus me arasse conquerar.

Cogita frater mi dulcissime, si te præsentis seculi oblectat voluptas, quid post mortem futurum decernas. Peregrinos enim nos esse non ignoras omnes, neque in itinere nobis aliquid oblatum fictæ suauitatis à cepto itinere, quin viriliter strenueq; ad felicem nostræ hæreditatis patriam contendamus, differre debet. Omnes namque iam in itinere constituti sumus, ac longo quidem ac dispari calle seiungimur, quibus sine pastore errantibus haud dissimiles, quarum ad præsepia quæuis sibi iucunda quærit pascua, donec edax solam iam hic & illic lupus errantem videns, ipsam truci rapit ore, rapidaq; fauce deglutit. Sic nobis antiquus lupinusq; hostis diuersos ad iucunda amœnataq; prata calles sollicitus præfigit, dum incauti hostilibus insidijs intercepti, hoc est, voluptatibus mundanis illaqueati, delitijs terrenis implicati, & tenebrarum cæcitatibus caligine obscurati, recti itineris diuerticulum ignorantes, ad æternos rapimur, mergimur & cruciamur sulphureos lacus, ardetes puteos. Illic cheu in pingui seculi & diuitiarum aruo nimia scabie ac contagio macri cernimur esse facti: tunc epularum saturitas, fames: potus dulcoris auditas, ardentissima sitis: diuitiarum opulentia, miserissima æternæ hæreditatis egestas: corporis ornata pulchritudo, teterrima sanies: fucata iam facies rugosa, squamosa, immundissimis, virulentis decoratur faculis, putridissima colluue caro, æternisq; ac quam miserabilibus lachrymis, sletibus vultus iam alacris nimium irrigatur, dentiumq; demum stridore concutitur.

Ad contemptum mundi quæ inueniunt.

1 Pa. 29.

1 Sal. 38.

3 Reg. 22.

1 Pet. 2.

Vt nobis

dæmones

imponant.

Cruciatu

inferorum.

Matt. 3.



- Virgil. tur. Sed quid pœnarum minimas excogitare putem, nedum enumerare si Aeneæ Virgiliano id impossibile videbatur, qui prius quod enumerare non potuit iam sufferre cogitur.
- Desperatio damnatorum quam cruciabilis. Psal. 43. Caterùm mi frater, vt mihi & tibi ante oculos statuam aliquantulum harum memoriam, cogitemus quantum desperatio ipsos torquebit. Sciunt enim se in æternum huc colligatos, & æterna cum ipsis mors est & viuacissimi pœnarum infligendarum sensus. Hoc probè prædixit Dauidicus sermo: *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Sed qui recto illo breui gradiuntur itinere, quibus luctus in gaudium, mors in vitam, ærumna in diuitia, opprobria in gloriam vertuntur: qui seminabant in lachrymis, in exultatione metent: *Qui euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes venient cum exultatione, portantes manipulos suos.* His auferget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: non luctus erit cum illis, nec clamor vllus, quoniam prope transierunt, quibus dicitur: *Venite omnes qui operati estis, & ego reficiam vos.* Ecce venite benedicti Patri mei, &c.
- Psa. 125. Illi, inq̄ beati, qui scopulos transilierunt imos, vt æternos fugiant: calamitates breues, ne æternas incidant, patienter sustulerunt: procellas tempestuosi maris transnatantes, æterna amicitate fruuntur. Horum merces copiosa: quia talenta sua cum foeneratione patri familias reddiderunt. Horum nuptiæ perpetuæ: quia sponsum media nocte venientem expectantes, ardentibus facibus, quippe amoris, ad sponsum suum Iesum introcuntes, secuti sunt: qui patre & matre, terrenis vt pote & ambitiosis fastibus, cæterisq̄ opibatis delictijs relictis, super sedes duodecim sedebunt, in secula seculorum gauisuri se, vt pote retia inextricabilia, lacus leonum, abyffus profundos, igneos lebetes, & tortores euasisse impatientissimos & truculentos.
- Apo. 21. Videamus nunc frater optime, in itinere simul gradientes metam respiciendo, quid hospiti nobis inflat. Via namq̄ plana ad interitum: scopulosa patienter progressa, vt dixi, ad vitam deducit. Eligamus frater per chare breuem hic viam aliquantulum duram inspectu, non tamen sine magna consolatione à Deo sperantibus apprehensam, vt perpetuis decoremur triumphis: Sumus iam pusillanimes: ascendentes fortiter primum saxum transiliamus, & quam iucundum illud post tergum posuisse, quam etiam dulcescit videbimus: quam leue cæteros tunc scopulos scandere, donec iam desiderantes vt ceruus ad fontes aquarum, ciuitatem illam in montis vertice sitam omni iucunditate dotatam, securitate munitam, tranquillitate vallatam, gaudijsq̄ fulgentem inenarrabilibus paululum per spem adoptionis concernimus, vt omnis aduersitatis immemores cuncta dulcia putemus, ne detrudamur rursus, casu labore ascendentes de fatigati, quibus tunc casus infelicio, tum miserabilior, tum grauior foret, quo labor fuerit difficilior. Hunc fastigiosum montem iam nos miseri in luto adhuc infimo prouoluti circumrepentes, in profundo celsitudinem & ascendendi difficultatem pensantes, per timorè primo eleuemur ex cœno ne demergamur, tantisper dum fontium aliorum lymphiditas nos iam eleuatos allicit. Ad quem certè timorem hoc dictum Athanasij in simbolo non incongruum erit nobis: *Et qui bona egerunt (loquens de futuro iudicio inquit) ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.*
- Matt. 5. Ibidem. Ibidem. Mat. 19. Via blanda ad mortem, aspera ad vitam ducit. Mat. 7. Timor vt nos viget debeat ad vitæ emendationem. Athanas.

Conf-



VI  
16

Consideremus frater charissime, quid æternum sit. Verbum quidem incomprehensibile tempus significat inenarrabile. Quid putas frater mi, si hoc dictum semper ante oculos præfixum haberes, anne præsentia gaudia amaritæ vndiq; oppleta fierent? An timorẽ tibi semper ingererent, aduentientia incuterent formidinem? Pro breui enim gaudio, quod nec sine stimulo rationem pungente nutritur, infinitam ( quia in infinitum bonum peccasti) sumpturos es pœnam. Heu amarum verbum. Heu infelix, heu iniucundum & dolore referum. In ignem æternum ite vos maledicti: ð pœnam omni spe redemptionis carentem. O flammam inextinguibilem. O miseriam omni consolatione exhereditatam, ð carcerem tenebrosam, serpentinam, perpetuo obditum pessulo. O stridorem dentium frigore concussam, nec tamen calore non æstuantem.

Breue gaudium pœna sempiterna luendum. Mat. 25.

O frater mi, si quidem tunc eligendi optio daretur commutandi in temporalem pœnam æternam, quis non mille millenos, & milies ter denos, & centenos mille sibi deligeret annos etiam in acerbissimis pœnis victurum, vt vel consors æterno dehinc potiretur gaudio, vel saltem spe militaret fluctuanti, vt æternam enataret ignem. Nec inter hæc tempora inenarrabilia finita tamen, & æterna, comparatio tanta possit fieri, quanta minimæ guttæ ad totum mare, & totum orbem si in aquam versus esset. Finitum enim semper finito compararetur: sed in prima similitudine pœnarum infinito confertur finitum, cuius nullam in philosophia didicistis esse proportionem.

Finitum ad infinitum nulla proportio.

Vide frater mi, quanta pœna nos manet, quid præmij nobis in peccato perseverantibus impendat, quid peccatoribus interminatur, quid iustis promittitur. Heu cœcitatem nostram, duram pertinaciam, ceruicosam ignorantiam, & errorem tenacem. Pati nos certum est, non vtrobique delicias habere certum, non vtrobique gaudere certum, nec flere nos vtrobique certum est. Quærimus stultam, fictam, fucatam, momentaneam gaudiorum imaginem, & æternis luctibus malumus illaqueari: pro breui æterna amittimus gaudia, æternam nobis hæreditatem promissam, hostiq; animam miseram pro parua consolatione vendimus. Comparamus opinatam gloriam, vt æternis sordeamus vituperijs. Hosti seruimus, vt nos torqueat: blandimur ei, vt nos cruciet.

Cæcitas & infamia hominum quanta.

Amatorem nostrum Christum sua misericordia & bonitate continuo nos sequentem fugimus, promissa spernimus, beneficia obliuione conculcamus, diligentem odimus, & pro nobis patientem quantum in nobis est, interficimus: En quam peruersa mens, malus animus, amara & infecta voluntas. Clamat post nos, fugimus: sequitur, terga damus: reuocat, nutanti capite contumeliam rependimus. Audiamus quam suaviter, dulciter misericorditer clamat, errantem reuocans animam: *Reuertere* (inquit) *Suauitatis: reuertere reuertere vt intueamur te*: Peccauimus, respiscamus: proptus & misericors est, clemens, benignus est: nos in amplexus sumere dulces, in colla nobisque pœnitentia ruere gaudet, brachijs in cruce expansis circumplicare conatur, matri commendare nos festinat, fidelibusq; nobis latronis dextri spem non differt promittere. Nemo desperet, nemo præsumat: sed inter spem & metum semper volantes, fideliter, & constanter,

Ingratitudo peccatoris erga Deum quanta.

Ca. 19.

Ioelis. 2.

Inter spem & metum constanter progredendum esse.

Gene. 19.

nec?



nec cum vxore Lor respiciendo, progrediamur. Scriberem plura mi frater, sed intelligenti pauca sufficiunt. Vale in Christo.

*Infirmitas corporalis vti accipienda sit: quàm patientissimè Sancti quiq; in hoc seculo passi sint: vt anima proficiat infirmitas corporis: afflictiones vt sint refrigeria: locus vt exultatione aut aegritudine non sit mutandus.*

*Epistola XXXIV.*

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIVS, CARTHVS.  
fratri Engelberto Carthusiæ Treuericæ alumno, socium fieri Christi consolationum, sicut & passionum.

**A**Ccepi literas tuas, dilecte frater Engelberte, quibus & corporis & spiritus tui afflictionem satis intellexi, & condolui. cogitas tamen quod infirmitas ista non est tibi ad mortem, sed incedere faciens per viam, qua omnes qui Deo placuerunt similiter præcesserunt, & per angustiam quæ ante te est portam intrare compelles de illorū te arbitratus sum numero, quibus in Apocal. Dominus dicit: *Ego quos amo arguo & castigo.* Quapropter dilecte frater vt infirmitas tua tolerata videatur facilior: meminisse semper debes diuinæ prædestinationis & prouidentia, sine qua nec vnus passer cadit in terram, quæ absque dubio circa te geritur, disponeus tibi, quæ salutis tuæ vtiliora sunt & viciniora, castigans & consolans te, quando & quantum expedit, non quantum placet. Vnde & quidam senex (quem in vitis Patrum habes) dixisse legitur: Si te occupauerit infirmitas corporis, noli pusillanimis fieri: quia si te Dominus Deus vult corpore debilem fieri, quis es qui sic molestè suscipias? Nonne ipse pro te cogitat de omnibus: Nunquid sine ipso viuus?

Iudit. 3.  
Matt. 7.  
Luc. 1.

Apo. 17.  
Matt. 19.

Infirmitas  
corporis vt  
sit accipienda

Sancti quā  
libenter cor-  
poris egro-  
tationem  
tulerint.  
2. Cor. 12.  
Gregor.

Quantum  
probit ani-  
ma corpo-  
ris languo-  
res.

Electi oēs  
vt affligan-  
tur.  
Iudit. 8.

Patenter ergo fer, & roga eum, vt donet tibi quæ expedit: hoc est, quod voluntas ipsius est, facias. Hinc alius quidam consueta se cernens infirmitate non visitari, pauens à Deo se querulabatur derelictum. Sciebat enim per experientiam illud Apostolicum, Virtutem scilicet, infirmitate perfici. Propterea etiam Gregorius dicit de Salomone, quod ipsius cor idcirco sapientiam deseruit, quoniam eum nulla exterius disciplina custodiuat. Hoc non ignorabat magnus ille eremita Ioannes in Aegypto: qui fratri cuidam febre tertiana grauissimè vexato, vt eum curaret rogatus, sic fertur respondisse: Rem tibi necessariam cupis abijcere. Vt enim corpora nitro, vel alijs huiusmodi lineamentis abluuntur à sordibus, ita animæ languoribus alijsq; huiusmodi castigationibus purificantur. Hinc laudatur alius quidam: qui dum precibus sanitatem, vt petijt, intercessionem sancti Martyris obtinuerat, contra diuinam prouidentiam quid postulasse se metuens, orauit, si infirmitas sibi pristina foret expediens, eiusdem Martyris merito vt fuerat, reueteretur. Quod & factum est.

Accedit autem ad consolationem tuam quod non solum multi, sed omnes qui ad regnum Dei peruenerunt, in camino tribulationis probati per iterationis & passionis transferunt. Quod castissima Iudith intelligens, filios Israel ad patientiam & fidē, cum essent ab inimicis obsessi, ad monebat, dicens post